

# *Lymbus*

MAGYARSÁGTUDOMÁNYI FORRÁSKÖZLEMÉNYEK

*Budapest*  
2016

# *Lymbus*

MAGYARSÁGTUDOMÁNYI FORRÁSKÖZLEMÉNYEK

*Főszerkesztő*

Ujváry Gábor

*Felelős szerkesztő*

Lengyel Réka

*Olvasszerkesztő*

Nyerges Judit

*A szerkesztőbizottság tagjai:*

Boka László, Fazekas István, Geccsényi Lajos, Jankovics József, K. Lengyel Zsolt, Katona Csaba,  
Kollega Tarsoly István, Mikó Árpád, Monok István, Oborni Teréz, Pálffy Géza, Petneki Áron,  
Szentmártoni Szabó Géza, Varga Katalin

*A kötetet kiadja*

*a Balassi Bálint Magyar Kulturális Intézet, a Klebelsberg Kuno Alapítvány,  
az MTA Bölcsészettudományi Kutatóközpont, a Magyar Nemzeti Levéltár Országos Levéltára,  
a Nemzetközi Magyarástudományi Társaság és az Országos Széchényi Könyvtár*



Balassi  
Intézet



archívum  
Magyar Nemzeti Levéltár



ORSZÁGOS SZÉCHÉNYI KÖNYVTÁR

HU ISSN 0865 0632

Kiadja a Balassi Intézet és az MTA Bölcsészettudományi Kutatóközpont

Felelős kiadó: Fodor Pál főigazgató

Borítóterv: Csizmadia Kata

Nyomdai előkészítés: MTA BTK Történettudományi Intézet

tudományos információs témacsoport

Nyomdai munka: Prime Rate Kft.

Felelős vezető: Dr. Tomcsányi Péter

## Tartalom

- 9 BILKEI IRÉN  
Közöletlen Jagelló-kori oklevelek a Csányi család levéltárából
- 17 KISS FARKAS GÁBOR  
„Mindent el kell hinnünk és meg kell tartanunk, ami a Bibliában van?” Gosztonyi János győri püspök kérései és Iodocus Clichtoveus párizsi teológus válaszai: *Nonnullarum questionum dissolutio* (1517)
- 45 SZENTMÁRTONI SZABÓ GÉZA  
Bajnaky István hat levele Trencsén város levéltárából, Balassi Bálint és német virágénekek említésével
- 57 HÁMORI NAGY ZSUZSANNA  
Francia követjelentések Bethlen Péter és kísérete brüsszeli és velencei tartózkodásáról
- 67 SZABÓ ANDRÁS PÉTER  
A besztercei levéltár jegyzékei az erdélyi fejedelmi udvarról (1636–1659)
- 123 MARTÍ TIBOR – MONOSTORI TIBOR  
A Spanyol Monarchia értesülései a Magyar Királyságról. Castañeda márki titkárának „interjúja” Esterházy Miklós nádorral (1639)
- 141 BALOGH ZSUZSÁNNA – BARTA M. JÁNOS  
Bánffy Dénes levelei Csáky Istvánhoz (1667–1669)
- 171 BUJTÁS LÁSZLÓ ZSIGMOND  
Magyar vonatkozású levelek Gerard Hamel Bruyninx levéltárából (1676–1677)
- 187 KOVÁCS ZSUZSA  
Attila sírja Lippánál

- 199 TÓTH FERENC  
Az irodalom és a diplomácia vonzásában. Charles Gravier,  
Vergennes grófja François de Tott báróhoz írt levelei, 2. rész
- 235 VADERNA GÁBOR  
Gróf Teleki Ferenc (1785–1831) levelei
- 275 ORBÁN JÁNOS – CSÖRSZ RUMEN ISTVÁN  
Kéziratok és nyomtatványok egy marosvásárhelyi kereskedőház  
boltozatából
- 315 TÓTH BARNA  
„Magyar versekkel felelő Kaballa”. Pálóczi Horváth Ádám  
*versgenerátora*
- 343 CZIFRA MARIANN  
Kazinczy Ferenc grammatikája: helyesírás és kiejtés
- 367 ONDER CSABA  
Kölcsey Ferenc: Előszámlálása azon Princípiumoknak  
mellyek a 'Révai' Grammatikájában megállítatnak
- 377 TÓTH KÁLMÁN  
Kiss József orvos levelei az MTA KIK Kézirattárában
- 389 SCHILLER ERZSÉBET  
Magyar peregrinus tanárok – Nagyköröstől Oxfordig  
és az Urálig
- 395 SZÉKELY TAMÁS  
Vajkay Károly vasgyári igazgató jelentése az állami  
foglalkoztatású munkások választójoggal történő  
esetleges felruházásának ügyében (1904)
- 407 EGRY GÁBOR  
Egy kiállhatatlan ember megpróbáltatásai. Kelemen Lajos  
állam elleni izgatási pere Nagy-Romániában

- 425 JOÓ ANDRÁS  
„Az ősi felfogáshoz képest egy bizonyos változás  
mutakozik...” Iulio Maniu fejtegetései Magyarországról,  
Romániáról és az erdélyi kérdéstről 1944 januárjában
- 443 LAKATOS ARTUR  
A temesvári Madosz működése 1944. augusztus 23. –  
október 1. között
- 451 RÁCZ JÁNOS  
Kompromisszumra képtelenül. A Brit Kommunista Párt  
és értelmisége az 1956-os forradalom idején

„Mindent el kell hinnünk és meg kell tartanunk,  
ami a Bibliában van?”

Gosztonyi János győri püspök kérdései és Iodocus Clichtoveus párizsi  
teológus válaszai: *Nonnullarum questionum dissolutio* (1517)

Az Országos Széchényi Könyvtár cod. lat. 348. jelzetű kézírata a párizsi teológus, Iodocus Clichtoveus (Jossé Clichtove) Gosztonyi János győri püspök kérdéseire adott válaszait őrzi. A mű létezése már Eckhardt Sándor és Gábrriel Asztrik tanulmányai óta ismert,<sup>1</sup> azonban a forrás olyan fontos emléke a késő középkori magyar eszmetörténetnek, hogy érdemesnek tartom kiadni a teljes szövegét is, néhány helyen pontosítva vagy módosítva a korábbi szakirodalmi állításokat. Remélhetőleg ez a filozófia-, irodalom- és oktatástörténet kutatóit is inspirálni fogja arra, hogy újra kézbe vegyék Gosztonyi kérdéseit és Clichtoveus válaszait.<sup>2</sup>

A rövid, 18 lapos papírkézirat Clichtoveus írása; az írás duktusa és a betűformák egy autográf miszcelláneával való összevetés során, mint amilyen pl. a Bibliothèque Mazarine 1068 jelzetű kézírata, egyértelműen bizonyítják az azonosságot.<sup>3</sup> A kéziratban a 2r–16v foliókon található a szöveg *Nonnullarum questionum dissolutio* cím alatt. Ezt megelőzi az első lap, rajta asztronómiai töredékekkel (1r–v: *inc.* Arcus autem ecliptice mobilis interceptus inter caput arietis mobilis... expl. equinoctio est solis), „18”-as lapszámmal, majd az üres 17r–v lap után egy újabb asztronómiai szöveg következik (18r–18v: *inc.* Appendices sunt ea... Expl. equalitatem [...]), 1-es (és egy újabb 18-as) lapszámmal. Az asztronómiai töredékek szintén Clichtoveus kézírásával maradtak fenn, és sikerült azonosítani őket: 1517-ben kiadott (első, 1503-ból származó változatában Jacques Lefèvre d'Étaples-lal közösen jegyzett) *Introductorium astronomicum* című munkájának kéziratát használta fel ahhoz, hogy a Gosztonyinak elküldendő szövegét védőborítóba tegye.<sup>4</sup> Az 1. és 18. lapot később felcserélték. A kötet provenienciájáról csak annyi tudható, hogy a nemzeti könyvtárba az Országos Levéltárból került át 1896-ban.<sup>5</sup>

<sup>1</sup> ECKHARDT, 1929; GÁBRRIEL, 1936; GÁBRRIEL, 1942.

<sup>2</sup> Clichtoveusról lásd RENAUDET, 1953; MASSAUT, 1968; BEDOUELLE, 2008.

<sup>3</sup> Lásd MASSAUT, 1974, 123. Lásd továbbá az ott közölt másolatot a *Responsio ad nonnullas impugnationes aliquorum locorum in Commentariis Jacobi Stapulensis super epistolas Pauli* kéziratából (Paris, Bibl. Mazarine, 1068, 229r).

<sup>4</sup> LEFÈVRE D'ÉTAPLES–CLICHTOVEUS, 1517, 17v.

<sup>5</sup> Az előzéklap rektóján az alábbi bejegyzés olvasható: „E kézirat egyszerű papírzacsokban került a Múzeum könyvtárába, mint a Hunyadi-levéltár cseréjére följánlott anyag kárpótlásának egyik darabja. (Vö. Növ. Napló 1895. 30. sz.) Kötését Leszik Károly végezte. A 18. foliónak első helyre való illesztése a könyvkötő műhelyben történt. Budapesten, 1896. jún. 26. E. Pál.” Tehát a müncheni Hunyadi-levéltár cseréjéhez

Gosztonyi és Clichtoveus 1513 vége felé ismerkedtek meg egymással, amikor a győri püspök párizsi, tanulmányi célú útja során a Collège de Navarre-ban szállhatott meg. Bár az idős Gosztonyi tanulmányi útja nem tartott sokáig (1514 márciusában már ott volt a Rómából hazatérő Bakócz budai bevonulásán),<sup>6</sup> még évekig tartották a kapcsolatot, amelyről dedikációk sora tanúskodik, és Gosztonyi diákokat (pl. Várdai Balázst) is küldött Párizsba. Gosztonyi megkérte Clichtoveust a liturgiászövegek grammatikai és tartalmi magyarázatára, illetve kritikájára, és ennek eredménye lett a Gosztonyinak ajánlott, a magyar liturgikus szövegeket is részletesen tárgyaló *Elucidatorium ecclesiasticum* (1516). Valószínűleg ennek Magyarországra érkezése után kezdte Gosztonyi gyűjteni további grammatikai, helyesírásbeli, filológiai és teológiai jellegű kérdéseit, azokat százkét pontban felsorolva és lazán összefüggő egységekbe csoportosítva. Clichtoveus válaszából kiderül, hogy a kérdéssort Mathieu de Loreyo, egy párizsi magister vitte el neki Franciaországba (q. 36.).<sup>7</sup> Az időpontot tovább is pontosíthatjuk: a 14. kérdés válaszában Clichtoveus azt mondja, hogy egyik műve, a *De mystica significatione numerorum* megjelenése idején a püspök Párizsban volt, és ezután „már négy év elteltével” írta válaszait („transactis iam quatuor annis”). Mivel az említett munka 1513. december 16-án jelent meg, így feltételezhetjük, hogy Clichtoveus 1517 decembere után válaszolt, és ezt megerősíti az is, hogy a szennylapként felhasznált *Introductorium astronomicum* 1517. december 9-én jelent meg nyomtatásban, tehát kéziratát minden bizonnyal ezután dobta ki a szerző. Emiatt valószínű, hogy 1517. december végén vagy ezután egy-két hónappal keletkezett a *Dissolutio*, Gosztonyi pedig 1518 kezdetén kaphatta meg.

Gosztonyi kérdései egyedülállóan széles körű, a kor legtájékozottabb magyarországi értelmiségijehez, Báthory Miklóshoz, Várdai Péterhez hasonló olvasottságról árulkodnak. Ez még akkor is igaz, ha a kérdések első ránézésre néhol naivitásról tanúskodnak, de ez tulajdonítható a kommunikáció nem nyilvános jellegének is. Számos műről egyértelmű, hogy Gosztonyi alaposan olvasta őket (Damaszkuszi Szt. János, Iamblikhosz: *De mysteriis Aegyptiorum*, Proklosz: *In primam Alcibiadem Platonis*; Dionüsziosz Areiopagitész művei, Richardus de Sancto Victore), és továbbiakról látható, hogy Clichtoveus bizonyosnak vette, Gosztonyi ismeri őket (pl. Lefèvre d'Étaples párhuzamosan öt szöveget közlő zsolnátkiadása, a *Quincuplex Psalterium*, saját numerológiai műve, a *De mystica numerorum significatione*, vagy a szeplőtelen fogantatásról szóló *De puritate conceptionis Mariae*). Iamblikhosz *De mysteriis Aegyptiorum*a abban is inspirálhatta Gosztonyit, hogy a késő ókori tanár-tanítvány viszonyt felelevenítve mesteréhez intézze filozófiai-teológiai kérdéseit. Olvasmányai alapján egyértelműnek látszik, hogy Gosztonyi számára vonzó volt a francia huma-

---

járult hozzá a Nemzeti Múzeum könyvtára (a mai OSZK) dokumentumokkal, és ennek cseréjeként kapta a levéltártól ezt a füzetet. Régi jelzete: Oct. Lat. 559., ezelőtt jelzete a MOL-ban: DL 37203. Borsa Iván szerint a DL 37202–37231 közötti jelzetek az Erdélyi Kincstári Levéltárból (Q 343) kerültek a MOL-ba (BORSA, 1972, 15), de ez az adat valószínűleg téves (csak a DL 37206–37231 származik onnan).

<sup>6</sup> SÖRÖS, 1909.

<sup>7</sup> Róla I. GÁBRIEL 1987.

nizmus kötődése a devóciós gyakorlathoz, az egyház auctoritásához és tradíciójához, a Biblia literális értelmezéséhez és a platonizáló miszticizmushoz.<sup>8</sup>

Hely hiányában itt nem adhatunk választ részletesen arra a kérdésre, hogy mi lehetett Gosztonyi célja ezzel a kérdéssorral. Egyrészt bizonyosan személyes kíváncsiságát akarta kielégíteni, és teljes őszinteséggel kérdezte a párizsi teológust egyszerű grammatikai, latin kiejtésbeli vagy helyesírási problémákról. Az is feltételezhető, hogy a művet egyikük sem szánta nyilvánosság elé. Néhány kérdés kapcsán azonban talán nem túlzó az a feltételezés, hogy egy esetleges, a csehországi huszitákkal kötendő egyházi unió is inspirálhatta Gosztonyi érdeklődését. 1518 augusztusából származik az a három levél, amelyet a párizsi egyetem a Gosztonyi által Párizsba küldött Mathias de Loreyo kérésére fogalmazott meg II. Lajos magyar király, a pápa és a prágai egyetem részére, az egyházegyesítést sürgetve.<sup>9</sup> Azok a kérdések, amelyek például az apostolok és Krisztus tanítványainak papságával és püspökségével (q. 12–13.), a papság és a püspök rangbéli különbségével (q. 98–102), vagy az Ótestamentum betű szerinti értelmezésével és érvényességével (q. 10, 66.) foglalkoznak, aktualitással bírtak ebben a közegben is.

A szöveget betűhíven közlöm, mivel az eredeti dokumentum a szerző autográf kézírata, egyedül a központozást és a nagybetű-/kisbetűhasználatot modernizáltam. Clichtoveus a szóvégi 'i' hangot következetesen 'j' betűvel jelöli, az 'ii'-t pedig 'ij'-vel: ezekben a 'j'-t 'i'-re cseréltem. A klasszikus és bibliai locusokat helykímélés céljából a szövegben adom meg.

## Forrás

[2r] Ad reuerendum in Christo patrem et dominum D. Joannem Gozton episcopum Jauriensem dignissimum nonnullarum questionum per Iudocum Clichtoucum Neoportuensem dissolutio certo ordine numeroque digesta.

¶ Prima questio: An sacerdotes vel prelati licite possunt dicere matutinum sole exorto, vel sunt obligati pro media nocte, vel est seruanda consuetudo patria ecclesiarum cathedralium et religiosorum in aliqua parte? ¶ Responsio. Seruanda est consuetudo regionis et ecclesie, in qua quis diuersatur, quoniam illi quisque se debet conformare, et non inducere nouitatem, particularitatem, vel singularitatem.

¶ Secunda: An omnes hore canonice debent dici suis horis debitis, vel quando fieri potest? ¶ Responsio. In choro ecclesie et publico officio ecclesiastico hore canonice debent cantari horis debitis et determinatis. Cum autem leguntur priuatim a sacerdotibus

<sup>8</sup> Erről I. GREENGRASS, 2007, 128–129. Gosztonyitól irodalmi szöveg nem maradt fenn, de 1523-as prágai úti beszámolóinak stílusa (különösen az Andrea dal Burgónak szóló) néhol szinte Erasmus úti leveleit idézi. L. C. TÓTH, 2010, 175–180.

<sup>9</sup> KISS, 2012, 169.



et prelati in camera aut alio quouis loco, possunt dici quando id commode fieri potest, quam proxime tamen se tempori ab ecclesia determinato conformando.

¶ Tertia: An in dicendis horis necessaria sit intentio et deuotio actualis vel habitualis? ¶ Responso. In principio lectionis horarum necessaria est actualis intentio et deuotio. In continuatione vero et prosecutione earum sufficit intentio atque deuotio habitualis: quoniam non potest humana fragilitas distractiones animi omnino cohibere.

¶ Quarta: Cur fuit necesse, quod natiuitas Christi lateret diabolum, et quomodo potuit eum latere cum sit spiritus ita subtilis? ¶ Responso. Vt non cognosceret eum esse deum et dei filium, quoniam si id cognouisset, non prestisset occasionem mortis Christi per suas suggestiones, et impediisset nostram redemptionem. Et quamuis subtilis natura sit spiritus, sola tamen ea potuit cognoscere mysteria que deus promisit illi esse reuelata. [2b] Vnde credo non fuisse permissum demoni audire salutationem angeli ad beatam virginem, et alia signa diuinitatem Christi declaratiua. Quod si ea percepit, ex illis intellexit eum esse hominem excellentem, non tamen deum, quoniam de illo semper dubitauit.

¶ Quinta. Quomodo Christus sanauit omnia, que assumpsit, si sumus adhuc in omnibus sicut prius, quia sumus in statu, in quo possumus non peccare? ¶ Responso. Sanauit omnia Christus, que assumpsit: quia absoluit nos ab obligatione damnationis eterne, et pene debite pro peccato primi parentis. Remedia etiam salutaria sacramentorum contulit contra peccata, cum in ea prolabimur, vt non dominetur nobis peccatum, demum immortalitatem corporum et impregnabilitatem animarum in futura resurrectione nobis attulit.

¶ Sexta. Quomodo hypostasis Christi dicitur composita in commento Damasceni libro tertio cap. 18.<sup>10</sup> ¶ Responso. Quoniam habet in se duas naturas diuinam et humanam, absque omni compositione vnitas in vnam personam, que deus est et homo. Et ergo vocabulum 'composita' tantundem hic valet, sicut coadunata ex duabus naturis inter se diuersis. De hoc etiam videatur Damascenus in tertio libro cap. septimo.<sup>11</sup>

¶ Septima. Quomodo illud intelligendum, quod de die Iudicii neque angeli sciunt neque filius, vt dicitur Marci 13? [Mc 13:32] ¶ Responso. Filius diem iudicii a seipso non nouit, quoniam sicut habet esse a patre, ita et noscere. Aut non nouit illum Diem, vt aliis eum reuelet et detegat, quoniam id nobis non expedit.

¶ Octaua. In hac dictione 'pastoris', ut genitiuus est huius nominis 'pastor', vbi cadit accentus? ¶ Responso. Super penultimam eius syllabam, quoniam est longa: et ergo longiore tractu et tenore debet proferri quam alie.

¶ Nona. In hac dictione 'perseuerat' vbi cadit accentus? ¶ Responso. Etiam in penultima syllaba, quoniam est naturaliter longa et ergo longiore temporis spacio debet

---

<sup>10</sup> Clichtoveus Krisztus összetett hüposztásizsára vonatkozó kommentárja („Sane Christi hypostasis composita est, et communis naturis”) a 3. könyv 14. fejezetére vonatkozik; l. DAMASCENUS, 1512, 114v. A szöveget Jacques Lefèvre d'Étaples már 1507-ben kiadta, de Clichtoveus kommentárja Johannes Damascenus műveivel csak 1512-ben jelent meg. L. RICE, 1972, 161–163, 280–283.

<sup>11</sup> L. DAMASCENUS, 1512, 98r.

proferri quam cetera, et super eam debet proferens diutius insistere. Et idem est iudicium de hac dictione 'asseuerat'. [3r]

¶ Decima. Vtrum sumus obligati omnia credere et tenere, que sunt in Biblia, et in *Veteri testamento*? ¶ Responsio. Ad omnia, que continentur in Biblia siue in *Veteri*, siue *Nouo testamento*, credenda obligamur, quoniam sunt recepta ab vniuersali ecclesia. Et ergo in illis nulla est exemptio.

¶ Vndecima. Cur in euangeliis et in epistolis que canuntur in ecclesiis adduntur alique clausule: vt 'in illo tempore fratres', et 'in Christo Jhesu domino nostro', que tamen in euangeliis et epistolis non habentur? ¶ Responsio. Vt narratio historica alicuius particule euangelice, aut exhortatio salutaris sumpta ex una epistole parte, apcius inchoetur et finiatur. Non enim finitur integer in missa vnus totius euangelii aut epistole contextus. Et ergo pars illius sumpta, ne omnino abrupta videatur: tale debet habere initium et talem finem, vt ordinauit ecclesia.

Quantum autem ad illud primum tuum desiderium dignissime presul, quo cupis in lucem emitti explanationem in euangelia, quam putas me parasse, petis insuper me commentarios edere in epistolas catholicas apostolorum, in actus apostolicos et apocalipsin: Non memini me insigni tue paternitati aliquam in euangelia explanationem fecisse, neque unquam aliquid in ea elaborauit, quinimmo nec vires michi assunt sufficientes ad tale aliquid in quemquam librorum prius nominatorum elucubrandum. Porro id a me non expetatur. Satis superque habentur expositores in dictos libros. Illi legantur.

¶ Duodecima. An omnes apostoli fuerunt sacerdotes et episcopi, et quando, et a quo fuerunt ordinati sacerdotes atque episcopi, et quando celebrauerunt missam? ¶ Responsio. Omnes apostoli fuerunt sacerdotes et episcopi. Ordinati quidem sacerdotes ultima cena, episcopi vero in die resurrectionis, quando insufflans in eos Christus dedit ipsis spiritum sanctum. [3v] Quando autem primum celebrauerunt missam apostoli, non inueni tempus particulariter annotatum. Credibile tamen est eos statim post receptionem spiritus sancti celebrasse.

¶ Decimatertia. An septuaginta duo discipuli fuere tantummodo sacerdotes, quando ordinati sunt et a quibus? ¶ Responsio. Illi discipuli solummodo fuerunt sacerdotes, et non episcopi. Fuerunt autem ordinati (quantum puto) ab ipsis apostolis post receptionem spiritus sancti, et tunc creduntur primum paulo post pentecosten missam celebrasse. Nomina autem eorum apud probatum authorem non legi, neque scio apud quem inueniri possunt, nisi apud *Supplementum chronicarum*,<sup>12</sup> vbi nominatim explicantur.

¶ Decimaquarta. Quomodo duodecim dicuntur fuisse apostoli, cum ultra eum numerum et Paulus fuisset apostolus? ¶ Responsio. Duodecim sunt apostoli a Christo electi et instituti ante passionem suam, cum praedicaret in Iudea. In locum autem Iude traditoris surrogatus est sanctus Matthias. Paulus vero post ascensionem domini fuit ad

---

<sup>12</sup> FORESTI, 1492, 101v–102r.

apostolatum vocatus similiter et Barnabas, quorum neuter in numero illo duodenario debet comprehendi, quoniam non fuerint a Christo ante suam passionem vocati.

¶ Quod autem Reuerenda tua Dignitas efflagitat a me componi opusculum de mysteriis numerorum: non est in ea re necessarium amplius elaborare. Nam transactis iam quatuor annis composui super ea re librum, quem inscripsi de mystica significacione numerorum. Et is emissus fuit in lucem, cum honoranda dominatio tua apud Parisios diuersaretur.<sup>13</sup> Si non habetur ille libellus inter ceteros libros tuos, cum fuero illius factus certior, illico illum ad te mittam.

¶ Decimaquinta. Vtrum in accessu misse sacerdos debet dicere 'Confiteor deo et beate Marie', cum ipsa non fuerit [4r] sacerdos et an pluribus sit facienda confessio, qui nec fuere sacerdotes nec potuere esse? ¶ Responsio. Confessio particularis et priuata cuiusque, quia est sacramentalis, debet fieri soli sacerdoti et in secreto. Confessio vero generalis et publica, quoniam non est sacramentalis, potest fieri in publico et omnibus indifferenter, etiam non sacerdotibus. Et talis est confessio in principio misse. Idcirco recte fit et beate Virgini et omnibus sanctis dei et omnibus assistentibus tam viris, quam mulieribus, quoniam illa solum est protestatio humilis coram deo, quod quis est peccator.

¶ Decimasexta. Vtrum angeli possunt dici sacerdotes et pontifices, et an reuera sunt tales? ¶ Responsio. Angeli neque sunt neque dici debent sacerdotes aut pontifices, quoniam non habent aliquam sacramentorum administrationem, neque officiorum ecclesiasticorum auctoritatem aut vsum. Sacerdotum autem et pontificatus nomina sunt ecclesiastice dignitatis.

¶ Decimaseptima. Vtrum circulus zodiaci sit realis in celo, et reipsa in eo consistens, vt ponunt mathematici? ¶ Responsio. Circulus ille realis est et vera ipsius celi pars, que secundum longitudinem in duodecim signa diuiditur, secundum latitudinem vero in duodecim gradus per eclipticam distinctos. Vt seruandus liber de sphaera Ioannis de sacro bosco declarat.<sup>14</sup>

¶ Decimaoctaua. Vtrum 360 gradus zodiaci sunt in celo reales, et secundum rei veritatem in eo existentes? ¶ Responsio. Gradus illi reales sunt, nam sunt partes ipsius zodiaci secundum longitudinem sumpte. Siquidem zodiacus totus in duodecim signa diuiditur, et vnumquodque signum in 30 gradus. Triginta autem per 12 multiplicata faciunt 360.

¶ Decimanona. An 'Christus' aliquando recte scribatur per x.p.u.s. vel numquam? ¶ Responsio. Numquam ita scribi debet, nam barbara et imperitie plena est illa scriptura, sed semper hoc modo: 'Christus'. [4v] Similiter hoc nomen 'Ihesus' non est sic corrupte scribendum Jhūs vel Jhōs vt inepte scribunt imperiti, sed semper 'Ihesus'.

¶ Vicesima. Vtrum apostoli et discipuli Christi habuerunt virtutem et dona sanandi languores, et expellendi demones atque faciendi miracula ante passionem domini, vel

---

<sup>13</sup> CLICHTOVEUS, 1513a.

<sup>14</sup> Sacrobosco *Sphaerájának kiadása* Jacques Lefèvre d'Étaples egyik első műve volt (Paris, Higman, 1495), ezt követően még 15 kiadásban jelent meg 1538-ig. L. RICE, 1972, 26–28, 542–543.

solum post eam? ¶ Responso. Illam virtutem habuerunt etiam ante passionem domini. Nam Luce nono cap. dicitur quod convocatis duodecim apostolis dedit illis Ihesus virtutem et potestatem super omnia demonia, et vt languores curarent. [Lc 9:1] Et decimo cap. Luce dicitur, quod reuersi sunt septuaginta duo cum gaudio, dicentes Domine etiam demonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. [Lc 10:17] Manifestum autem est illa esse facta ante passionem domini nostri.

¶ Vicesima prima. Vbi legitur quod beata virgo Maria fuerit baptisata, similiter apostoli, itidem et Paulus? ¶ Responso. De Paulo id expresse legitur Actuum nono cap. [Act 9:18] De apostolis autem ante id non legitur explicite in Biblia, sed tamen hoc valde est verisimile. Sic neque de beata Virgine id expresse legitur, congruentius est tamen ita sentire, vt ostenditur in quarto et sexto cap. secundi libri *de puritate conceptionis Marie*.<sup>15</sup>

¶ Vicesima secunda. Quando incepit esse synagoga et quando ecclesia, et que inter eas differentia est, et que communitas? ¶ Responso. Synagoga incepit a tempore circumcisionis precepte Abrahe, quoniam tunc distinguebatur signo sensibili populus colens deum a populo infideli. Ecclesia vero incepit a tempore missionis spiritus sancti in apostolos, quoniam tunc incepit populus fidelis noue legis et euangelice credens in Christum. Est itaque synagoga collectio fidelium et vnum deum colentium sub veteri lege, Ecclesia vero collectio fidelium sub lege noua et euangelio.

¶ Vicesima tertia. Qualis scriptura est authentica, et qualis non? ¶ Responso. Scriptura contenta in Biblia est authentica, et illam non licet unquam negare. Alie autem scripture et explanationes sanctorum Doctorum authentice sunt, quoniam consonant sacre scripture, alias non.

¶ Vicesima quarta. Quid vident sancti in celo, Christum vel eius deitatem? [¶] Responso. Vident et deitatem Christi, et glorificatam eius humanitatem, non tamen loco indigentem vt videatur. Nam glorificata corpora locis non indigent quibus conseruentur aut contineantur. [5r]

¶ Vicesima quinta. Christus vbi est in celo? ¶ Responso. Sedens ad dextram dei patris, ut ait euangelium [Rom 8:34], neque alia loci eius assignatio habetur ex scriptura, neque alia est querenda, nam mens nostra non capit modum subsistendi corporis glorificati.

¶ Vicesima sexta. Cur diademata sanctorum sunt continua et integra, non autem Christi, sed in partes diuisum per ductos radios? ¶ Responso. Quoniam sancti puri sunt homines, diadema sue sanctitatis insignes habent continuum. Christus autem est deus et homo, ideo distinctum habet in partes, quasi radii diuinitatis ex eo prodirent, ostendentes ipsum distinctas habere naturas.

¶ Vicesima septima. Vtrum sancti in lumine diuinitatis vident finem mundi, siue in verbo, cum Christus dixerit, quod neque filius illum diem scit. [Mc 13:32] ¶ Responso. Sancti in verbo non vident finem mundi, neque angeli dei. Quoniam solum id in verbo

---

<sup>15</sup> CLICHTOVEUS, 1513b.

conspiciunt, quod verbum illis vult reuelare tamquam speculum voluntarium, modo illud vult eis esse occultum.

¶ Vicesima octaua. Quid est 'timor nocturnus', 'sagitta volans in die', et reliqua, que deinde ponuntur in psalmo 90. [Ps 90:5–6] ¶ Responsio. 'Timor nocturnus': princeps tenebrarum terrorem incutiens. 'Sagitta volans in die': malignus in aperto seuiens. 'Negocium perambulans in tenebris': ferocitas demonis insidiantis in occulto. 'Incursum': violenta demonis insilitio et impetus. 'Demonium meridianum': angelus nequam in angelum lucis se transformans. Videatur expositio Stapulensis circa eundem locum, et in continua expositione et annotationibus.<sup>16</sup>

¶ Vicesima nona. Quomodo legendum est illud apostoli: 'Non sunt facienda mala, vnde eueniant bona. Vel non sunt facienda bona, vnde eueniant bona?' ¶ Responsio. Primo modo legendum est, et non secundo. Nam tertio cap. *Epistole ad Romanos* dicit Paulus: 'Et non – sicut blasphemamur, et sicut aiunt nos quidam dicere – faciamus mala vt veniant bona.' [Rom 3:8] Ex quo loco trahitur hec propositio: Non sunt facienda mala, vt inde veniant bona. Vbi potius 'vt inde' dicendum est, quam 'vnde'. [5v]

¶ Tricesima. Ieiunium ecclesie quando incipit, an media nocte, an aliter et quare? ¶ Responsio. Incipit a media nocte, quoniam ab eo tempore ecclesiasticus vsus diei computat initium, et inchoat dies aut festos aut non festos ab ea medie noctis hora.

¶ Tricesima prima. Quo tempore in ieiunio ecclesie est comedendum: an in meridie, vel in occasu solis, aut alio quouis tempore? ¶ Responsio. Non est in die ieiunii ante meridiem sumendus cibus, sed aut in meridie, aut post meridiem, aut in ipso solis occasu magis tamen id probandum, quod in meridie sumatur refectio.

¶ Tricesima secunda. festum alicuius diei quando est inchoandum, an a primis vesperis, vel occasu solis, aut a media nocte? ¶ Responsio. Solum a media nocte, et durat usque ad sequentem mediam noctem. Vnde vespere ipse in vigilia festi non sunt de tempore festi, sed preueniunt illud.

¶ Tricesima tertia. An dominica dies sit maius festum inter alia? ¶ Responsio. Est maius festum antiquitate institutionis, quia instituta est loco celebrationis sabbati, que est antiquissima. Non tamen maius celebritate et dignitate misteriorum. Nam dies natiuitatis domini, ascensionis dominice, assumptionis beate virginis Marie maiora sunt festa dignitate misteriorum.

¶ Tricesima quarta. An sit vel possit esse maius festum, quam dies dominica, et an ipsa sit origo et fundamentum omnium aliorum festorum? ¶ Responsio. Est quidem altius<sup>17</sup> festum secundum misteriorum sublimitatem, quam dies dominica, vt festum resurrectionis domini, Pentecostes, festum sacramenti Eucharistie. Quocirca dies dominica origo est et fundamentum aliorum festorum antiquitate temporis, quia prius institutum non tamen causalitate et efficientia, quoniam non effecit alia festa.

¶ Tricesima quinta. An omnia festa sunt ita colenda et obseruanda sicut dies dominica, vel aliquod magis? ¶ Responsio. Aliqua festa sunt magis colenda, quam dies

<sup>16</sup> LEFÈVRE D'ÉTALES, 1513, 133v–135v. Erról l. RICE, 1972, 192–201.

<sup>17</sup> add. supralin.

dominica, ut predicte solemnitates annue. Aliqua autem equaliter obseruanda, vt dies dominica, et aliqua minus obseruanda, secundum constitutionem ecclesie et denunciacionem, que in singulis ecclesiis fieri solet. Quisque sue ecclesie obseruet ritum. [6r]

¶ Tricesima sexta. Quis est author *Summe viciorum*?<sup>18</sup> ¶ Responsio. Incertus, et michi minime constans. Nempe multa sunt volumina, quorum ignoratur author, presertim si eorum nomina non exprimantur in fronte operis. Neque magnopere curandum est, vt sciamus nomina authorum que interciderunt, vbi vtilis sunt eorum libri. Nam vt ait Seneca: *non a quo dicatur, sed quid dicatur, potius est attendendum*.<sup>19</sup> ¶ Hoc quoque loco notantur in exemplari harum questionum michi tradito per honorandum magistrum nostrum et doctorem theologum Mattheum de Loreyo, et aliena quidem manu mendose scriptum[!]: 'Bernardus magnus in tractatu *de proprietate monachorum*,<sup>20</sup> et 'Beda in libro *de templo salomonis*,<sup>21</sup> sed nescio quam ob causam illic nominatim inscribuntur, quoniam nulla illic proponitur questio, neque aliquid de illis aut queritur aut asseritur. Neutrum certe illorum librorum vidi, neque quicquam de illis affirmare aut diiudicare possum.

¶ Tricesima septima. An dicendum sit Lodouicus per 'o' in prima syllaba, an Ludouicus per 'u'?<sup>22</sup> ¶ Responsio. Vtrunque recte dicitur, et indifferens est, hocne an illud dixeris. Vt ostendit annotatio facta in *Elucidatorii ecclesiastici* primo libro, ad illum hymnum de sancto Ludouico rege francorum 'Gaude mater ecclesia, noue laudis preconio'.<sup>23</sup> ¶ Petit insuper hoc loco insignis tua prestantia, quod theologos scriptores recenseam, et quid quisque dixerit an senserit, sed nescio super qua materia ipsa petat illorum authorum sententiam rescribi, neque id facile coniectare possem, aut ex ipso colligere harum questionum exemplari. Potius euoluendum est opus Ioannis Tritemii *de scriptoribus ecclesiasticis*,<sup>24</sup> vbi fere ad nostra vsque tempora digeruntur in numerum, quicunque aliquid circa theologiam aut sacras litteras preclarum.

¶ Tricesima octaua. Cum fuit duo de eadem cognatione, et scribitur ad eos sic 'Doctissimis viris vtrisque Gozthon', an hic 'vtrisque' bene dicitur, aut an loco 'vtrisque' dici debet [6v] 'vtrique' vel 'ambobus'? ¶ Responsio. Nullum horum trium addi debet: nec vtrisque nec vtrique, nec ambobus, sed sufficit solum epithetum, vt doctissimis aut

<sup>18</sup> Gosztonyi valószínűleg Guillelmus Peraldus *Summa de vitiis*re gondol, amelyben azonban már az első kiadástól fel volt tüntetve az explicitben a szerző neve, igaz hibás alakban (Basel, Ruppel, 1474 körül).

<sup>19</sup> Ezt a mondást már az *Elucidatorium*ban is idézte Clichtoveus, Senecánál kicsit másképp szerepel (*Erkölcsei levelek*, 12, 11, 3). CLICHTOVEUS, 1516, 90v: „Ideo in his omnibus tenendum censeo id Senecae verbum: Non a quo dicatur, sed quid dicatur attende.” Clichtoveus másból is idézi ezt a szentenciát: MASSAUT, 1974, 166. Vö. Kempis Tamás, *De imitatione Christi*, 1, 5: „Non quaeras quis hoc dixerit; sed quid dicatur, attende.”

<sup>20</sup> Clichtoveus valószínűleg Trithemius nevét olvasta Bernardusnak, mert neki van csak ilyen című műve: TRITHEMIUS, 1495. Az értekezést 1505-ben Párizsban is kiadták. Valószínűleg más céllal (talán könyv-vásárlás miatt) jegyezte fel ezt a két címet Gosztonyi a Clichtoveusnak küldött kérdéssor mellé.

<sup>21</sup> BEDA Venerabilis: *De templo Salomonis liber*, modern kiadását I. BEDA, 1969, 141–234.

<sup>22</sup> A Lodouicus név helyes formájának kérdése II. Lajos király miatt is fontos lehetett.

<sup>23</sup> CLICHTOVEUS, 1516, 66r.

<sup>24</sup> TRITHEMIUS, 1494.

clarissimis in plurali numero ponere. Per hoc enim, quod multitudinis numero exprimitur adiectiuum, constat utique, quod ad utrumque illorum, quibus scribitur debet referri.

¶ Tricesima noua. In secunda persona huius uerbi 'peruortor', scilicet 'peruerteris', ubi cadit accentus. ¶ Responso. In secunda syllaba, quoniam tertia est breuis. At uero in hoc uocabulo 'peruerteris', ut est secunda persona futuri indicatiui, accentus est faciendus in penultima syllaba, quoniam ipsa est longior.

¶ Quadragesima. 'Dragma' nomen an per 'g' scribi debet, uel per 'm', et quid significat? ¶ Id nomen, ut genus ponderis significat, per 'g' scribendum est, licet Calepinus per 'ch' scribi ipsum debere putet,<sup>25</sup> vsus tamen obtinet, quod per 'g' scribatur. Et in eo significato nomen est prime inflexionis. At uero 'Drama, atis' secundum tertiam declinationem sine 'ch' et 'g' scribi debet, et per simplex 'm', significatque genus poematis aut cantici, ubi diuersae personae introducuntur, ut in comediis et tragediis. De hoc autem duorum istorum nominum discrimine annotationem me posuisse memini in *Elucidatorio ecclesiastico*, sed locus nunc non occurrit. Vide illam in expositione hymni de uisitacione beate Marie 'Assunt festa iubile'.<sup>26</sup>

¶ Quadragesima prima. 'Alius' et 'aliud' nomina in qua syllaba habent suum accentum? ¶ Responso. In prima, quoniam secunda est breuis. Et id intelligendum, quando 'alius' est nominatiui casus, quoniam in genitiuo singulari secundam syllabam habet longam, et ergo tunc in penultima syllaba seruandus est accentus.

¶ Quadragesima secunda. Hec uocabula 'quo modo' et 'quomodo', qualiter proferenda sunt et accentuanda? ¶ Responso. Si due sunt dictiones, diuisim proferri debent, et accentus seruari in prima syllaba huius ablatiui modo. Sin uero una sit dictio, coniunctim proferenda est ac scribenda, accentusque seruandus in prima syllaba, quoniam secunda est breuis. Et nichil refert quantum ad significatum, an una sit dictio uel due, sicut 'quemadmodum'.<sup>[7r]</sup>

¶ Quadragesima tertia. In hac dictione 'Pentecoste' ubi cadit accentus, et quid signat ea dictio, quidue significat? ¶ In ea dictione accentus cadit in penultima syllaba, quoniam est longa, scribi debet sine aspiratione in secunda syllaba, et significat quinquagesimam, siue quinquagenarium dierum, quemadmodum annotatum est in secundo libro *Elucidatorii ecclesiastici*, in expositione responsorii diui Pentecostes 'Dum complerentur dies'.<sup>27</sup>

¶ Quadragesima quarta. An dicendum sit 'letania' per 'e' in prima syllaba, aut 'litanía'? ¶ Responso. Dicendum est litania sanctorum, id est supplicatio, que fit ad sanctos, per 'i' in prima syllaba, quoniam apud grecos scribitur eo loco per iota, quod nunquam in 'e' apud latinos conuerti potest, quemadmodum etiam annotatum est in prima annotatione adiecta ad expositionem benedictionis fontis in sabbato sancto Paschi in secundo libro *Elucidatorii ecclesiastici*.<sup>28</sup>

<sup>25</sup> CALEPINUS, 1502, r2v.

<sup>26</sup> CLICHTOVEUS, 1516, 59r.

<sup>27</sup> CLICHTOVEUS, 1516, 96r.

<sup>28</sup> CLICHTOVEUS, 1516, 109r.

¶ Quadragesima quinta. Quando dicitur officium matutinum in dominica, an pro inuitatorio dicendum est 'Regem magnum adoremus Dominum' nullo addito, vel addendum est adhuc ad dictam clausulam, 'venite, exultemus'? ¶ Responsio. Primo modo legendum est, scilicet sine adiecta particula 'venite, exultemus', quoniam illa non est pars inuitatorii, vt satis ostendit contextus grammaticalis, qui non permetteret illam alteri precedenti apponi sine coniunctione media, neque poneret ibi verbum 'exultemus' cum accusatiuo, cum in principio psalmi ponatur in datiuo. Sed data particula 'venite exultemus' designat psalmum decantandum post inuitatorium, scilicet nonagesimum quartum, cuius illud est initium [Ps 94:1]. At nonnulli ignari et non aduertentes illam esse notam psalmi decantandi, adiecerunt illam particulam ad inuitatorium, quasi esset illius pars, cum tamen non sit.

¶ Quadragesima sexta. Vtrum in psalmo 117 dicendum sit 'bonum est confidere in domino, quam confidere in homine' [Ps 117:8], vel potius 'Melius est confidere in domino, quam in homine.' [7v] ¶ Responsio. Dicendum est et legendum primo modo, scilicet per positiuum 'bonum', loco comparatiui positum, et quidem ibidem significationem habet comparatiui. Sed nunquam debet aliquis ex sensu proprio aut suo iudicio mutare verba scripture sancte, neque loco positiui 'bonum' ponere suum comparatiuum 'melius'. Quoniam modus loquendi sacre scripture id habet, quod id nomen 'bonum' plerumque ponat in significatione comparatiui. Vt Matthei 18 'Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum: quam duas manus vel duas pedes habentem mitti in ignem eternum.' [Mt 18:8] Et paulo post, eodem loco: 'Bonum tibi est vnum oculum habentem ad vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.' [Mt 18:9] Ita cum in psalmo 47 'magnus dominus et laudabilis nimis' [Ps 47:2] particula 'nimis' ponatur pro 'valde', et plerisque aliis in locis, nullus tamen ea debet esse temeritate, vt legendum censeat 'Magnus Dominus et laudabilis valde.' Nam sacra eloquia intacta inuiolataque seruari debent, et in sua integritate illabefacta.

¶ Quadragesima septima. 'Mitto' verbum an simplici aut potius duplici 't' scribi debet? ¶ Responsio. Duplici semper, quoniam hoc habet eius natura, et fortasse id constitutum est vt differat a nomine adiectiuo 'mitis', et hoc 'mite' per vnicum est scribendum, cum quo coincideret in aliquibus suis personis.

¶ Quadragesima octaua. Quomodo differunt abinuicem hortus et ortus? ¶ Responsio. Hortus per aspirationem in principio secunde declinationis est nomen, et locum significat arboribus ac floribus amene consitum. Masculini quoque est generis, sicut Dominus. Nonnulli tamen putant id nomen in ea significatione sine aspiratione scribi debere, vt Calepinus,<sup>29</sup> qui ipsum deducit a verbo orior, quod haud dubie sine aspiratione scribitur. Potius tamen sentio, ad manifestius discrimen ipsius cum altero nomine quarte declinationis ponendum, ipsum aspirari debere. At vero [8r] ortus verbale nomen ab orior deductum quarte declinationis est et masculini etiam generis, significans originem siue exortum. Et ita dicitur ortus solis et stellarum eleuatio eorum super nostrum hemispherium. Scribitur autem tunc sine aspiratione.

---

<sup>29</sup> CALEPINUS, 1502, KIIIv.



¶ Quadragesima noua. Vtrum iste dictiones 'michi' et 'nichil' per 'ch' aspiratum scribi debent, vel per aspirationem solam sine 'c' littera precedente. ¶ Responso. Potius primo modo debent scribi, scilicet per 'ch' aspiratum. Nam prolationem habent illi scripture consentaneam et respondentem. Quod si scriberentur per solam aspirationem sine littera 'c', syllabe ipse quodam hiatus indecenti sine connexione proferri deberent, sic 'Ni,hil', 'Mi,hi', cum aspiratio illa ad secundam pertineret syllabam. Illud autem et indecorum foret, et inconcinnum atque ineptum.

¶ Quinquagesima. Quomodo intelligitur illud psalmi quarti dictum, 'Signatum est super nos lumen vultus tui domine?' [Ps 4:7] ¶ Responso. Verbum illud prophete significat ipsius summe Diuinitatis pariter et trinitatis characterem anime nostre esse impressum, hoc quidem pacto, quod sicut nummus imperatoris portat imaginem, ita et omnibus hominibus signa celestis principis atque authoris cernuntur impressa. Et quemadmodum denarius imagine regis, et cera sigilli effigie spectatur insignita, ita et anima nostra signaculo summe monadis pariter et triadis adornata refulget. Enimvero deus essentia vnus est, personis autem trinus; haud secus anima rationalis, vna quidem est secundum essentiam, trina tamen secundum vires suas naturas atque natura insitas, vtpote memoriam, vtpote memoriam, que patri respondet, intellectum filio dei, et voluntatem spiritui sancto analogam. Hoc sane eset diuini vultus lumen, quod super nos est signatum. Hic fulgor est clarissimus desuper mentibus nostris irradians. Denique hic celestis est splendor signaculo diuine bonitatis ita animis nostri infusus atque impressus, vt semper eluceat in nobis preclara Diuini vultus imago.[8v]

¶ Quinquagesima prima. Vbi cadit accentus in hac dictione 'Abia' posita in genealogia Christi Matthei primo, cum dicitur Robam autem genuit Abiam, Abia autem genuit Asa? [Mt 1:7] ¶ Responso. In secunda syllaba que protractiore debet tenore proferri, quoniam est longa more hebreorum, qui vocalem 'i' ante 'a' in nominibus propriis producant. Neque debet ea dictio unquam scribi per η grecum: quod nequaquam est greca, sed hebraica, et ergo per 'i' exile scribenda.

¶ Quinquagesima secunda. In hoc nomine 'Josias' vbi cadit accentus, et habetne simplex 'i'? ¶ Responso. Super secundam syllabam ferri debet illius dictionis accentus, quod sit producta, et per simplex 'i' atque latinum tam prima, quam secunda eius syllaba scribenda est.

¶ Quinquagesima tertia. In hoc nomine Jechouias super quam syllabam ferendus est accentus? ¶ Responso. Super penultimam eius syllabam propter eandem cum superioribus rationem. Et idem ferendum est iudicium de his dictionibus Esaias, Hieremias, Zacharias, Malachias, Ananias, Azarias et similibus.

¶ Quinquagesima quarta. Hec nomina etiam in libro generationis Ihesu Christi posita 'Abiud', 'Eliud' vbi habent accentum suum? ¶ Responso. In prima syllaba, nam secunda eorum syllaba est breuis. Dictio autem plures quam duas habens syllabas et penultimam breuem semper in tertia ante finem syllaba habet accentum. Vt 'dominus', 'scribere'. Quod si penultima syllaba fuerit longa, in ea seruandus est accentus, vt 'docere', 'audire', 'spinosus'.

¶ Quinquagesima quinta. 'Reiicio' verbum scribendumne est geminato 'i' aut vnico tantum? ¶ Responsio. Duplici 'i' scribendum est illud verbum in temporibus a presenti indicatiui formatis. Nam 'iacio' suum simplex vnum in prima syllaba habet 'i' ante 'a', et in compositione illa vocalis 'a' mutatur in 'i', ergo compositum 'reiicio' debet habere in secunda syllaba duplex 'i', sicut et cetera eiusdem verbi 'iacio' composita: adicio, abiicio, subiicio, conicio. In preterito autem perfecto indicatiui et temporibus ab eo formatis vnicum habet 'i' in secunda syllaba, vt reieci, reieceram, reiecissem. [9r]

¶ Quinquagesima sexta. An dictio 'archa, -e' scribi debet tam in nominatio quam obliquis et proferri cum aspiratione, an sine ea? ¶ Responsio. Sine aspiratione debet ea dictio vbique et scribi et proferri. Quod autem alium habeat sonum in nominatio quam in genitio, id non facit aspiratio, sed quoniam 'c' littera cum 'a' aliter sonat, similiter cum 'o' et 'u', quam cum 'e' et 'i', cum illis enim sonat vt 'k'.

¶ Quinquagesima septima. Vtrum in hac ecclesiastica sententia, 'Qui expansis in cruce manibus traxisti omnia ad te secula'<sup>30</sup> legendum est 'expansis' vel 'expassis'? ¶ Responsio. Vtrumque recte legitur, nam 'expando' verbum habet 'expansum' vel 'expassum' in supino. Primum quidem est in scripture vsu frequentius, secundum autem apud probatos auctores vsitatus, qui a pando supinum formant 'passum' non 'pansum'. Virgilius, 'Crinibus Iliades passis.' [Verg. Aen. 1, 480]

¶ Quinquagesima octaua. Vbi cadit accentus in hac dictione 'statera'. ¶ Responsio. In penultima syllaba, nam ipsa est naturaliter longa, et ergo debet prolixiore tenore proferri. Quinimmo ad cognoscendum cuiusque dictionis debitum accentum opus est dumtaxat considerare quantitatem penultime syllabe, in iis dictionibus que plures duabus habent syllabas. Vt dictum est.

¶ Quinquagesima nona. Vtrum 'Samaritanus' est dictio hebraea, et quomodo interpretatur? ¶ Responsio. Ea dictio hebraica est quantum ad originem, et latina quantum ad deductionis et formationis modum, et quantum ad declinationem. Est enim adiectiuum nomen formatum ab hoc nomine Samaria, quod vrbs nominatissime quondam in terra Israel nomen est, et regum Israel regia atque primaria vrbs. A quo quidem nomine deducitur Samaritanus, sicut a Roma Romanus, et est aliquis ex ea vrbe oriundus secundum propriam suam significacionem. Mystice tamen et allegorice Samaritanus interpretatur custos, vt dicit Gregorius in homilia euangelii, quod legitur in dominica in passione domini.<sup>31</sup> [9v]

¶ Sexagesima questio. Vtrum 'subsanno' verbum duplici 'n' scribi debet, aut simplici? ¶ Responsio. Duplici, nam venit ab hoc nomine 'sanna', quod irrisionem significat que

<sup>30</sup> Idézet egy nagycsütörtökön (fer. V. de Cena Domini) énekelt tropus szövegéből. Lásd *Breviarium Strigoniense*, 1514, 181r.

<sup>31</sup> GREGORIUS, 1999, 137 (1, 18). Az adott helyen sem a korabeli *Breviarium magnum Parisiense* (Párizs, Johannes de Prato, 1492, H3r), sem a *Breviarium Strigoniense* nem tartalmazza húsvétvasárnapra ezt a gergelyi lekiót, de más breviáriumokban (pl. a Trident utáni *Breviarium Romanum*ban) megvan. Holl Béla szerint Clichtoveus az *Elucidatorium*hoz a *Breviarium Strigoniense* 1502-i vagy 1513-i és a *Missale Strigoniense* 1491–1513 között megjelent nyolc kiadásának egyikét használta. HOLL, 1989, 169–176.

proprie rugata fronte et contracto naso exprimitur, vt dicit Calepinus in dictione 'sanna' et 'subsanno'.<sup>32</sup> Sanna autem duplo 'n' scribitur.

¶ Sexagesima prima. Vtrum recte dicatur vtrumque verbum 'intrate' et 'introite'? ¶ Responso. Vtrumque recte dicitur, quidem omnino significat, scilicet ingredi. Intrate quidem a verbo prime coniugationis 'intro, -as, -are'. Introite vero a verbo quarte coniugationis 'introeo, -is, -ire', quod componitur ab 'intro' et 'eo'.

¶ Sexagesima secunda. In hac dictione 'auditus' vbi cadit accentus? ¶ Responso. In penultima syllaba, nam ipsa est naturaliter longa, siue sit nomen substantiuum verbale quarte declinationis, siue participium preteriti temporis verbi 'audior'. Vtrumque enim formatur a supino 'audium, -tu', cuius penultima longa.

¶ Sexagesima tertia. Vbi cadit accentus in hac dictione 'inuitus, -a, -um'? ¶ Responso. In penultima syllaba, quoniam est naturaliter longa, et ergo productiore spiritu et mora debet proferri. Horatius: 'Et nichil inuita dicas faciasue Minerua.' [Hor. *Ep.* 2, 3, 385.]

¶ Sexagesima quarta. Vtrum in *Vita sancti Benedicti* recte legatur 'Postquam puerilem decursit etatem'?<sup>33</sup> ¶ Responso. Omnino inepte et mendose. Nam 'decurro' preteritum facit decurri non decursi, licet decursum habeat in supino. Et ergo legendum est 'postquam puerilem decurrit etatem,' et libri castigandi.

¶ Sexagesima quinta. In hac dictione 'Iordanis' vbi cadit accentus? ¶ Responso. In secunda syllaba, quoniam est naturaliter longa, et ergo prolixiore tenore debet proferri, vt vocalis 'a' lentius et productius proferatur, quam relique.

¶ Sextagesima sexta. An omnia in Biblia sint moralia et legalia, et que tenemur credere, et que non? ¶ Responso. [10r] Non omnia, nam multa sunt historica et secundum littere narrationem intelligenda, que neque moralia sunt, neque legalia. Preterea proprie legalia dicuntur cerimonialia, et et ritus sacrificiorum veteris legis, preter que erant iudicialia ad peccatorum punitionem spectantia, et tranquillam populi cohabitationem. Non fuerunt igitur illa, si recte loqui volumus, legalia. Demum que in Nouo continentur testamento de sacramentis noue legis, neque moralia sunt neque legalia, quia ad veterem legem non pertinent. Porro superius dictum est nos omnia credere debere, que in Biblia continentur, siue in Veteri, siue Nouo testamento.<sup>34</sup>

¶ Sextagesima septima. Cur dominus noster Jhesus Christus dicitur Nazarenus, cum non fuerit ibi natus? ¶ Responso. Quia fuit in Nazareth conceptus, vt patet Luce primo [Lc 1:26] et quia ibidem fuit educatus atque enutritus, vt patet Luce secundo [Lc 2:39] et quarto cap. [Lc 4:16] Et ergo Nazareth dicitur eius patria.

¶ Sexagesima octaua. Que est ciuitas domini de qua dicitur in euangelio, 'quo transfretant et venit in ciuitatem suam'? [Mt 9:1] ¶ Responso. Ciuitas Nazareth. Nam in ea expleto purificationis Marie tempore usque ad profectionem in Egyptum fuit

<sup>32</sup> CALEPINUS, 1502, V1r és Z7r.

<sup>33</sup> Valójában Szt. Miklós napi antifóna („Postquam domi puerilem decurrit aetatem”). *Breviarium Strigoniense*, 1514, 431r.

<sup>34</sup> L. q. 10.

nutritus, et post reditum de Egipto vsque ad tempus sue predicationis publice, est commoratus, vt patet Matthei 2° [Mt 2:23].

¶ Sexagesima nona. Vtrum Joseph et Maria habuerunt aliquam domum propriam in ciuitate Bethleem? ¶ Responso. Non, quia non venerant illuc ad habitandum, sed solum ad soluendum tributum Cesari secundum edictum Augusti. Et tantus eam ob causam era tempore natiuitatis Christi confluxus populi in Bethleem, vt neque in diuersorio locum pariendi aut reclinandi infantem Maria habuerit. Verisimile est tamen ipsum post discessum populi habuisse in Bethleem domum [10v] conductitium aut locatitiam, in qua honeste diuersetur usque ad tempus sue purificationis, et in qua magi adorantes dominum obtulerunt ei munera. Nam de ipsis dicit Mattheus cap. secundo: 'Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius.' [Mt 2:11]

¶ Septuagesima. Cur Christiani dicuntur fideles, gentiles infideles, et Iudei perfidi? ¶ Responso. Quoniam Christiani credunt in vnum et verum deum, et seruant illius cultum atque religionem, fideles dicuntur. Gentiles autem et iddolatre, [!] quoniam non credunt in vnum deum, sed falsorum deorum colunt simulacra, infideles dicuntur, quasi a fide alieni et expertes fidei. Iudei autem quoniam a datione legis per Moysen polliciti sunt, quod ipsius seruant mandata, fidem et cultum et omnia, que iussit dominus, facerent. Nunc autem promissionem illam violant, et transgrediuntur hoc iuramentum tunc factum, quia nolunt credere in Christum, sicut per prophetas eis iussit dominus; perfidi iure dicuntur. De hoc autem in secundo libro *Elucidatorii ecclesiastici* posita est adnotatio folio 101,<sup>35</sup> vbi mentio fit de variis eorum denominationibus, qui ad ecclesiam spectant, aut ab eius gremio sunt separati.

¶ Septuagesima prima. Quomodo intelligendum illud dictum Ignatii in vna suarum epistolarum 'feriam quartam et sextam ieiunaueritis. Quicumque autem sabbatum ieiunauerit preter sabbatum parasceues, sit Christi interfector.'<sup>36</sup> ¶ Responso: Ignatius in eo loco loquitur secundum morem primitiue ecclesie, cuius tempore vixit, et exhortatus est fideles vt illius temporis consuetudinem seruarent: in quo feria quarta seruabatur a plerisque ieiunium, ob memoriam venditionis siue traditionis Christi eo die pacte siue composite inter Iudam et Phariseos. Feria etiam sexta seruabatur ieiunium ob memoriam passionis domini tunc consummate. Sabbato enim prohibitum erat ieiunium: nequis Christianus videretur eo die in honorem sabbati iudaici ieiunare et velle approbare statum antique legis tunc aboluitum. Nunc autem et alia sunt ecclesie tempora, et alii mores: et ergo non est prohibitum nobis sabbato ieiunare.

¶ Septuagesima secunda. Quid est amor, et concupiscentia, quid amor amicitie et concupiscentia? ¶ Responso: Amor affectus est dilectionis in aliud, siue illud carnale sit siue spirituale. Et ergo [11r] generaliore habet rationem, quam concupiscentia, que est affectus ipsius sensualitatis in aliquid tanquam vile aut delectabile. Et hoc

<sup>35</sup> CLICHTOVEUS, 1516, 101r.

<sup>36</sup> Ezt az Antiochiai Szt. Ignácnak tulajdonított levelet Gosztonyi Dionysius Areopagita Jacques Lefèvre d'Étaples által sajtó alá rendezett korábbi kiadásból is ismerhette. DIONYSIUS, 1502, 108v. De szerepelt a Clichtoveus által kommentált 1515-ös kiadásban is: DIONYSIUS, 1515. Modern kiadását l. Ps. IGNATIUS, 1913, 120.

sepius inordinata est, et fertur in honores, opes aut carnis voluptates. Amor autem amicitie est, quo aliquis vult alicui bonum, et illius quidem gratia, et is honestus est ac studiosus, quoniam non proprium querit bonum, sed alterius. Amor autem concupiscentie, is est amor, quo aliquis proprium vult bonum, aut quod tale apparet, et sui quidem gratia. Et is carnalis est ac plerumque noxius. Vt est amor diuitiarum, honorum, aut voluptatum carnis.

¶ Septuagesima tertia. Que est illa theologia rationalis, et que intellectualis? ¶ Responso: Rationalis theologia, que per ratiocinationem et rationis ductum ex inferioribus et sensibilibus ad diuinas proprietates agnoscendas assurgit. Et hec etiam theologia affirmatiua dicitur. Intellectualis autem theologia est, que mente in deum collecta vnice omnia, que in rebus conditis conspicit, de deo negat, ipsumque nichil esse eorum que sunt, sed super omnia contuetur. Et hec theologia negatiua etiam dicitur. De hoc prologus ipsius Stapulensis in librum *de trinitate* Ricardi de Sancto Victore legatur.<sup>37</sup> Videantur itidem et scholia Stapulensis circa primum caput libri sancti Dionysii de diuinis nominibus vbi de modis philosophandi de deo disserit.<sup>38</sup>

¶ Septuagesima quarta. Vtrum autoritate aut ratione probari possit confessionem sacramentalem que secreto fit sacerdoti esse de lege dei? ¶ Responso: Vtroque modo. Autoritate quidem, nam beatus Iacobus dicit in quinto cap. sue epistole: 'Confitemini alterutrum peccata vestra.' [Jac 5:16] Et dominus noster Joannis vicesimo ad discipulos ait: 'Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis: et quorum retinueritis, retenta erunt.' [Jo 20:22] At non possunt episcopi aut sacerdotes remittere, aut retinere peccata, nisi ea cognoscant ex ore confitentium. Ergo obligantur diuina lege homines ad detegenda sua peccata sacerdotibus per confessionem. Ratione vero, quia dictum est leprosis: 'Ite ostendite vos sacerdotibus.' [Lc 17:14] Et de Lazaro resuscitato dictum est ad discipulos: 'soluite eum et sinite abire.' [Jo 11:44] At peccatum est lepra spiritualis, et constringens hominem vinculis duris. Ergo vt ab ea curetur lepra peccator, et a vinculis reatum soluat, debet se ostendere sacerdoti per secretam confessionem. [11v]

¶ Septuagesima quinta. An ieiunium est de lege diuina vel non. ¶ Responso. Ieiunium est de lege diuina, et homines astringuntur ad illud seruandum ex diuino precepto. Quoniam Joel secundo dicit dominus: 'Congregate cetum, sanctificate ieiunium.' [Joel 2:15] Quid autem esset sanctificare ieiunium, nisi illud in sanctitate et munditia obseruare? Insuper Thobie 12 dicitur: 'Bona est oratio cum ieiunio et elemosina,' [Tob 12:8] sed ad orationem et elemosinam astringimur diuino precepto. Ergo etiam consimili ratione ad ieiunium, quod eis connumeratur. Ad hec Marci nono dicit dominus: 'hoc genus demoniorum non eiicitur, nisi in oratione et ieiunio,' [Mc 9:28] sed obligamur diuino precepto ad eiiciendum hoc genus demoniorum, scilicet vicium gule et luxurie. Ergo et obligamur diuina lege ad medium expellendi hoc genus

<sup>37</sup> RICHARDUS DE SANCTO VICTORE, 1510, 1v–2r. Erról. RICE, 1972, 223–227.

<sup>38</sup> DIONYSIUS, 1515, 105v–106r. Jacques Lefèvre d'Étaples Dionysius Areopagita-kommentárja ebben az 1515. évi kötetben jelent meg először, és Clichtoveus szavaiból az derül ki, hogy ez a kiadás biztos megvolt Gosztonyinak. A kiadásról lásd RICE, 1972, 350–353.

demoniorum, scilicet ad ieiunium. Deinde Christus facto suo sanxit ieiunii legem, quando ipse ieiunauit 40 diebus.

¶ Septuagesima sexta. Quomodo autoritate vel ratione probari possit decimarum solutionem esse de lege dei? ¶ Responso. Autoritate scripture id probatur, dicentes Exodi vicesimo 2º: 'Decimas et primitias non tardabis reddere.' [Ex 22:29] Et Numeri 18: 'Leuitis dedi omnes decimas,' [Nm 18:21] vbi significat scriptura ex diuina ordinacione decimas leuitis deberi. Sed leuitis in nouo testamento succedunt sacerdotes. Igitur et illis debentur eodem iure. Preterea Matthei 23: Dominus noster reprehendens scribas et phariseos, quod decimarent mentam, rutham et anetum, relinquerent autem iudicium et veritatem, subiunxit: 'hec oportuit facere, et illa non omittere.' [Mt 23:23] Quibus verbis significant eos esse obligatos ad decimarum solutionem, ratione vero, quia spiritualia seminantes debent temporalia metere, et qui habent curam administrationis spiritualium, vt curati, debent pro sua sustentatione recipere temporalia ab iis, quorum gerunt curam. Ergo habent ius recipiendi decimas a suis parochianis, pro quibus laborant.

¶ Septuagesima septima. An episcopalis dignitas atque autoritas est maior, quam regalis, aut econuerso? ¶ Responso. Episcopalis dignitas est maior in spiritualibus officiis, scilicet in iurisdictione concernente opera spiritualis, vt confirmationis sacramentum, et sacrorum ordinum collationem, excommunicandique potestatem, quam non habet rex. Regalis vero autoritas est maior in temporalibus officiis, vt gubernatione regni, bellorum administratione, quando oportet, punitione noxiorum etiam per mortis inflictionem, que non pertinent ad episcopum. [12r]

¶ Septuagesima octaua. An episcopi, vel etiam sacerdotes sunt obligati ieiunare adventum domini septuagesimam, sexagesimam et quinquagesimam, sicut et quadragesimam? Vtrum etiam astringantur ad ieiunium quatuor temporum? ¶ Responso. Ad quatuor prius nominata non obligantur ex precepto dei aut ecclesie vniuersalis, nisi forte particularis consuetudo regionis aut ecclesie fit in oppositum. Ad postremum autem, scilicet ieiunium quatuor temporum, obligantur ipsi, sicut et ceteri Christiani, quoniam illud est ex vniuersalis ecclesie constitutione.

¶ Septuagesima nona. Quare ab ecclesia sunt constituta quatuor temporum ieiunia? ¶ Responso. Vt per ieiunium satisfaciamus deo de peccatis, que per gulam commisimus pro vno mense constitutum est vnus diei ieiunium. Nam vnumquodque quatuor temporum tres ieiunii dies complectitur pro tribus mensibus, qui illo anni tempore continentur. Siquidem quatuor anni tempora sunt: ver, estas, autumnus et hyems.

¶ Octuagesima questio. Quomodo dominus noster fuit crucifixus: an pedibus coniunctim vno clauo confixis, vt nunc effigiant pictores, an diuisim et duobus clauis, vt antique representant picture et imagines? ¶ Responso. Non potest hoc ex scriptura deprehendi, quoniam non facit expressam illius rei mentionem. Neque ratione potest id discuti, quoniam consistit solum in facto rei preterite. Crediderim tamen potius secundo modo factam crucifixionem propter antiquitatis representationem, que melius id nosse potuit.

¶ Octuagesima prima. An verum sit, quod Iamblicus scribit *de mysteriis Egyptiorum*, animam scilicet rationalem separatam a corpore nichil posse pati, quinimmo et in corpore existentem etiam pati non posse?<sup>39</sup> ¶ Responsio. Vtrumque falsum est, et orthodoxe fidei contrarium. Nam anima a corpore separata patitur ignem purgatorium, vere affligentem et inserentem dolorem, similiter et ignem infernum longe amplius. Similiter in corpore consistens anima afficitur grauibus passionibus, merore, tristitia, tedio, odio et ceteris perturbationibus animi. Sed non consulo esse multum insistendum libris Iamblici, nam Christiane fidei fuit infestissimus, et cultor idolorum pessimus, qui ritus sacrilegos gentilitatis ad colendos deos vocat mysteria [12v] Egyptiorum. Crede michi: in illis libris latet sub melle venenum.

¶ Octuagesima secunda. An lex diuina et nature in omnibus coincident, an in aliquibus tantum? ¶ Responsio. In omnibus simpliciter coincident, quoniam quicquid dictat lex nature, est conforme legi diuine. Enimvero quod lex nature in duobus decernit preceptis, scilicet, 'omnia que vis tibi fieri, alteri facito,' et 'quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris,' lex diuina in decem preceptis decalogi explicuit.

¶ Octuagesima tertia. Quomodo id accipiendum est, quod vniuersalia sunt perpetua? ¶ Responsio. Illud non de vniuersalibus in existendo intelligi debet, quoniam nulla sunt talia. Quicquid enim est, vnum numero existit. Sed de vniuersalibus in predicando, vt sunt termini communes sub vna ratione multa continentes simulacra, vt homo, animal, substantia, et consimiles. Sane talia vniuersalia dicuntur perpetua, quoniam significant singularia quocumque tempore aut loco existentia, neque eorum vnquam deficit significatio, quoniam ab exordio mundi ad finem vsque aliqua sunt eorum singularia, que significant, et de quibus vere predicentur. Et hec dicuntur vniuersalia logica.

¶ Octuagesima quarta. Quare platonici sunt vitandi et quomodo propter platonicos multi prolapsi sunt in heresim? ¶ Responsio. Quoniam ipsi circa tempora Origenis vnam fecerunt conspirationem contra fidem catholicam, et acuentes calamum suum contra Christum, scriptis suis moliti sunt religionem christianam extinguere, et idolorum cultum (quo maxime insaniebant et detinebantur) defendere. Idcirco eorum libri sunt vt virus perniciosum vitandi, neque debet Christianus in deum pius in illorum lectione occupari, ne ex iudicandi imbecillitate atque discernendi inter atrum et candidum pro serpillio colligat cicutam, et pro salutaribus herbis aconita legat. [Verg. *Georg.* 2, 152] Hi autem Platonici potissimum duces iam dicte factionis sunt Plotinus, Iamblicus, Porphyrius, Proculus [!], vt diffuse declarat noster Stapulensis in scholiis primi cap. libri sancti Dionysii de diuinis nominibus, vbi ista latius disserentur.<sup>40</sup> Et quoniam nonnulli Christiani illis nimis addicti, eorum placita de triplici vno, scilicet ante ens, ens et post ens, voluerunt [13r] applicare ad tres summe trinitatis personas,

<sup>39</sup> Az idézett részt Ficino „fordításában” (igazából kivonatában) l. GIAMBLICO, 2013, 549; IAMBLICHUS, 1497. AVv. Érdekes párhuzam, hogy Báthory Miklós Iamblikhosz-példányában ugyanehhez a passzus-hoz tesz bejegyzést („Hoc idem Plotinus sentit”). Ezek szerint Báthory mellett Gosztonyit is érdekelte a test és lélek viszonya, valamint a lelkek passzibilitásának kérdésköre. L. MOLNÁR, 2015, 45–46.

<sup>40</sup> DIONYSIUS, 1515, 106v.

vocantes vnum ante ens patrem, ipsum ens filium, et vnum post ens spiritum sanctum: idcirco diuiserunt ipsius deitatis substantiam, posueruntque filium non ex patris substantia, neque patri coeternum, quinimmo et minorem secundum diuinitatem ipso patre, et spiritum sanctum etiam asseruerunt esse creaturam, patreque et filio inferiorem. Et hi heretici potissimum fuerunt Arriani, Eunouiani [!] et Macedoniani, qui grauissimam intulerunt ecclesie Christi persecutionem. Si quis autem de triplici platoniorum ente amplioem expetit determinationem, atque de ideis platonice, legat quartum dialogum Iacobis Stapulensis metaphysicæ introductionis declaratorium.<sup>41</sup>

¶ Quod autem veneranda tua paternitas exigit a me fieri opusculum in quo dicta platoniorum confutentur et ostendantur fidei nostre aduersa, id recte frustra et nequicquam expectat, nam non sum illo negotio vnquam prestiturus operam. Tum quod numquam versatus sum in libris platoniorum legendis, neque illos euolui. Et quod amplius est, constitui apud me, quod nunquam eos euoluam, quoniam non sapiunt stomacho meo. Tum quod huiusmodi studium superuacuum michi censeretur et nullius omnino frugis, cum pauci admodum sint, qui ea laborant peste, quod Platoniorum placitis sint pertinacius addicti. Quinimmo curiosum potius iudicaretur id opus, quam fructuosum. Et teste Aristotele stultum est sollicitum esse de quolibet proferente contraria opinionibus sapientum. Ceterum id vnum persuade: neque Platonem diuinum dici nisi ab his, qui in eius verba iurarunt, neque platonice paucis demptis esse Christianos, quinimmo ab eis differunt vt tenebre a luce. Augustinus autem pro aliquo tempore plus equo Platonice assensit: legatur epistola Iacobi Stapulensis operibus sancti Dionysii prefixa, in illa omnem huius rei veritatem aperiet.<sup>42</sup> [13v]

¶ Octuagesima quinta. An verum sit quod deus et materia sunt similes, qui vtrumque informe, infinitum et ignotum, vt dicit Proculus?<sup>43</sup> ¶ Responsio. Immo maxime dissimiles, quia deus summum est entium, et supra omnem substantiam. Materia autem infimum est substantiarum, et (vt Augustini verbis vtar) 'prope nichil',<sup>44</sup> quod omnibus formis substrata sit et subiecta. Neque me mouet Proculi dictum, vt quod apud me nullius sit autoritatis, et cuius libros dissuadeo a Reuerenda tua paternitate legendos: que potius in sacrorum authorum lectione versari debet, aut saltem in Aristotelis philosophia.

¶ Octuagesima sexta. Quid cause est quod aliqui amentes effecti non loquantur, alii vero omnia efficiant et agant preter rationem? ¶ Responsio. Diuersa corporis dispositio in causa huius est, nam est instrumentum anime ad faciendas suas operationes. Et ergo cum est lesum aut impeditum, non recte suas exercet actiones. Anime etiam indispositio

<sup>41</sup> LEFÈVRE D'ÉTAPLES, 1493, 39r–42r, küll. 41r–42r. Ezt követően számos kiadásban megjelent a négy dialógus (1532, 1535, 1540, 1563). Erről l. RICE, 1972, 20–22; BIANCHI, 2000, 41–58.

<sup>42</sup> Vö. DIONYSIUS, 1515, 6r.

<sup>43</sup> Ezt az állítást Ficino Proklosz-kivonatában („ex Graecis Procli commentariis in Alcibiadem Platonis primum”) találjuk. „Sicut enim materia est informis, sic et Deus, et utrunque infinitum est penitus, et ignotum.” IAMBlichus, 1497, 53v. L. még FICINO, 2006, 236.

<sup>44</sup> AUGUSTINUS, 1896, 316 (12, 6).



in causa huius est, que quamuis natura semper sit rationalis, actus tamen et vsus rationis plerumque impeditur per vehementes passiones.

¶ Octuagesima septima. Vtrum anima rationalis sit mutabilis secundum essentiam? ¶ Responso. Nequaquam, nam non potest per definitionem deperdere suum esse, cum sit immortalis, sed solum secundum qualitates et affectiones mutari potest, vt secundum virtutem, prauitatem, scientiam, ignorantiam, leticiam, tristitiam, spem, metum et similia.

¶ Octuagesima octaua. Vtrum hoc sit concedendum: plures essentie, ergo plura animalia, plures res, plures entes? ¶ Responso. Non est admittenda illa illatio siue consequentia, nam progreditur a communiore particulariter sumpto ad minus commune, perinde atque si quis ita racioncinaretur: Equus est animal, ergo equus est homo. Siquidem in homine sunt plures essentie, scilicet essentia corporis et anime, et tamen non sunt in eo plura animalia, sed bene sunt plures res, et plura entia.

¶ Octuagesima nona. Quomodo sumenda est varietas horarum, dierum, mensium et annorum? ¶ Responso. Horarum, mensium et annorum nulla est varietas aut diuersitas, quoniam sumuntur secundum cursum solis, qui maxime est regularis et vniformis. Dierum vero artificialium varietas sumitur secundum breuitatem et pro-[14r]lixitatem dierum et noctuum, secundum accessum solis ad nos in zodiaco, ac discessum solis a puncto verticis capitis nostri. Neque opus est me huic rei declarande amplius insistere, quoniam liber *de sphaera* Joannis de Sacrobosco exactam huius rei facit determinacionem, potissimum in tertio sui operis libro.<sup>45</sup> Neque in euangelio alius est vsus horarum, mensium et annorum, quam apud nos et in vsu quotidiano. Nisi id vnum videatur inter nos et hebreos discrimen constituere, quod hebrei tam in estate, quam hyeme, quinimmo omni tempore anni, quantumuis prolixus aut breuis sit dies, semper habent duodecim horas inter ortum et occasum solis, secundum illud domini nostri dictum in euangelio: 'Nonne duodecim sunt hore diei?' Illarum horarum autem prima semper inchoatur in ipso solis ortu, et ita deinceps deducuntur sex hore ante meridiem, vt sexta hora semper sit meridiana, quare tertia hora apud eos, fere ea est, que apud nos est hora nona ante prandium. Et hora sexta hebreorum est sicut apud nos hora duodecima in meridie. Deinceps autem a meridie vsque ad solis occasum reliquas sex continuo ordine assignant horas, vsque ad serotinum tempus, in quo finitur hora eorum duodecima. Quocirca hora nona hebreorum est sicut apud nos hora tertia post prandium, et hora decima ipsorum sicut apud nos hora quarta post prandium, et hora decima ipsorum sicut apud nos hora quata post prandium. Vnde Iohannes primo dicitur: 'hora autem erat quasi decima.' Sic hora undecima hebreorum est sicut apud nos hora quinta post meridiem. Vt de conductis in vineam patrifamilias dicitur, quod nouissimi hora vndecima venerunt operari in vinea, et vna hora fecerunt, quia tantummodo vsque duodecimam (que est tamquam sexta post meridiem apud nos) operati sunt, in qua quidem hora solent operarii cessare ab opere. Nos vero in vno die aliquando plures habemus horas, vt cum dies sunt prolixiores, aliquando pauciores, vt

---

<sup>45</sup> Lásd fentebb, ??? o.

cum sunt correptiores. Et ex hoc modo assignandi horas hebreorum multa in scriptura et euangeliis clarius intelliguntur. [14v]

¶ Nonagesima. Vtrum dantur aliqui casus in quibus inferiores possunt reprehendere superiores, et quot dantur tales et quando? ¶ Responso. Per correptionem fraternam que occulte fit, possunt inferiores corripere superiores in omni casu, quo potest et debet fieri fraterna correptio, quoniam in hoc omnes sunt fratres et equales. Publica vero reprehensione et qe per auctoritatem officii geritur, non debent inferiores corripere suos superiores, sed eis cum humilitate subiici. Vnde beatus Dionysius in octaua suarum epistolarum redarguit Demophilum monachum, quod ausus fuerit sacerdotem increpare, cuius ordo superior est in ecclesia, quam monastica professio.<sup>46</sup> Verumtamen in solo eo casu quo superior aliquid publice diceret aut faceret, quod inferret graue scandalum aliis, existimo ipsi inferiori licere quod publice reprehendat superiorem, ne astantes ex tali verbo aut facto trahantur in ruinam erroris aut viciorum. Et ita Paulus legitur reprehendisse Petrum (qui tamen erat superior in ecclesia) propter obseruacionem legalium, vt dicitur 2<sup>o</sup> capitulo ad Galatos. [Gal 2:14]

¶ Nonagesima prima. Vtrum therapeute, monachi cultores, antiquitus iidem fuere qui et nunc, et quinam sunt illi? ¶ Responso. Hi omnes fuerunt iidem cum iis, qui nunc monasticam profitentur vitam in generali modo viuendi, vtputa abdicacio rerum temporalium, castimonia et obedientia sub vno primo patre. Discrepantiam tamen nonnullam habuisse putandi sunt ab his, qui nostre tempestatis sunt monachi, in accidentariis et adiectitiis conditionibus, vt victu, vestitu et obseruantis particularibus, quemadmodum nunc diuerse religiones<sup>47</sup> monastice dissident abinuicem in statutis peculiaribus, licet omnes continuant in tribus votis principalibus. Ceterum de illis diffusa narratio textitur in scholiis Stapulensis ad primam sancti Dionysii epistolam.<sup>48</sup> Declaratio autem huius nominis *monachi* in secundo libro *Elucidatorii ecclesiastici* folio 101 succincte ponitur. [15r]

¶ Nonagesima secunda. Vtrum therapeute cultores atque monachi in ecclesia primitiua fuerunt sacerdotes, cum in ecclesia videantur fuisse collocati simul cum plebe sancta? ¶ Responso. Huiusmodi viri monasticam vitam profitentes in sue professionis initio et, vt monachi, non fuerunt sacerdotes. Nam a sancto Dionysio in prima parte sexti cap. libri de *ecclesiastica hierarchia* reponuntur inter ordines purgandorum siue initiandorum.<sup>49</sup> Potuerunt tamen postea prouehi ad ordinem sacerdotalem, quemadmodum etiam nostra tempestate id plerumque obseruatur, vt qui prius fuerunt monachi, manente eorum statu monastico promoueantur ad gradum sacerdotii. At vero in supradicto loco prima scilicet parte cap. sexti libri de *ecclesiastica hierarchia* beatus Dionysius declarat aperte, vnde dicuntur therapeute siue cultores, et vnde dicantur monachi, rationem illorum nominum plane aperiens.

<sup>46</sup> DIONYSIUS, 1515, 187v–191r, itt 188v.

<sup>47</sup> A *religio* szó szerzetesrend értelemben szerepel (vö. *religiosus*: szerzetes).

<sup>48</sup> DIONYSIUS, 1515, 181v–182v.

<sup>49</sup> DIONYSIUS, 1515, 89r–v.

¶ Nonagesima tertia. Vtrum predicti therapeute et monachi relinquebantur cum plebe sancta in ecclesia, an foras mittebantur cum eiectiis? ¶ Responsio. Relinquebantur ipsi cum sancta plebe in ecclesia ad sacrorum contuitum et participationem. Nam sacer Dionysius ordinem monachorum ponit excellentiorem et sublimiorem, quam sit ordo plebis sancte. Vt constat ex prima parte sexti cap. libri de ecclesiastica hierarchia.<sup>50</sup> Atqui plebs sancta non arcebatu[r] sacrorum spectaculis, neque eiiciebatur foras. Ergo neque monachi. Preterea nulli secludebantur foribus templi, nisi qui aliquid adhuc habent purgandum, quales erant catechumini, apostate, energumeni, penitentes. Sed monachi non indigebant purgatione, inquam, que exposceret eiectionem et seclusionem a sacrorum contuitu, igitur non eiiciebantur templo.

¶ Nonagesima quarta. Vtrum prelati non possunt dare spiritum sanctum, et tamen apostoli, in quorum locum successerunt prelati, videbantur dare spiritum sanctum? ¶ Responsio. Solius dei est spiritum sanctum dare, non hominis, quantumcumque sit sanctus, [15v] cum dicat psalmus 83: 'Gratiam et gloriam dabit dominus.' [Ps 83:12] Quare neque apostoli vnquam dederunt spiritum sanctum per manuum impositionem, neque prelati etiam illam dare possunt. Verumtamen sicut apostoli orauerunt pro illis, quibus imponebant manum, et ad preces eorum dedit deus spiritum sanctum, ita et prelati viuentes secundum sue professionis statum, vbi orant pro iis, quibus manum imponunt, impetrant illis similiter spiritum sanctum. Sed nunc datur spiritus sanctus inuisibiliter, et tempore apostolorum dabatur uisibiliter, et ergo nunc non est tam manifesta spiritus sancti impetratio, sicut fuit tunc.

¶ Nonagesima quinta. Vtrum omnia sint perfectius in deo, quam in semetipsis? ¶ Responsio. Longe perfectius. Nam in deo habent esse eternum, quia ab eterno precognita et nunquam desinent cognosci. In semetipsis vero habent esse temporale, et quod aliquando incepit, et in rebus istis inferioribus desinet. Insuper in deo ipsa condita habent esse immutabile, sunt enim in eo immutabiliter. In seipsis autem sortiuntur tantum esse mutabile. Ad hec in deo habent esse vitaliter, incorporaliter et intellectualiter. 'Quod factum est in ipso (ait Euangelista) vita erat.' [Jo 1:4] In seipsis vero multa sunt vite expertia, vt inanimata multa item sunt corporaliter, materialiter, et extense. Denique in deo existientia diuinas sortiuntur conditiones et proprietates. In seipsis vero habent conditiones longe inferiores.

¶ Nonagesima sexta. Vtrum Judei et Machometici ea ducantur opinione et existimatione, quod omnes extra eorum legem viuentes damnantur, sicut Christiani de sua lege? ¶ Responsio. Non est illud michi vsquequaque certum, quod neque modum viuendi eorum experientia didici, neque eorum legem calleo. Oporteret ad illud certe dinoscendum hominem inter ipsos versatum esse, illorumque legem, ritus, mores et que credenda proponunt agnoscere.<sup>51</sup> Credibile est tamen eos hanc asserere sententiam, quod quisque ad sua extollenda ita propensius est, vt aliena queque damnet. Quare illi tantam sue legi auctoritatem tribuunt, vt putent sine illa non esse salutem. Falso tamen

---

<sup>50</sup> L. az előző jegyzetet.

<sup>51</sup> Georgius de Hungaria, akinek *Tractatus*át Párizsban is kiadták, épp ennek megfelelő szerző.

id tam Iudei, quam Saraceni sue ascribunt legi, quod sine ea non possit esse salus homini. Christiani autem vere, quia scriptum est in euangelio: 'Quicumque non crediderit, condemnabitur.' [Mc 16:16] [16r]

¶ Nonagesima septima. Cur fides nostra dicitur catholica, cum tamen Christiani sint paucissimi respectu aliorum? ¶ Responsio. Catholica dicitur fides nostra, idest vniuersalis, non ab eo, quod est, sed quod esse deberet, quia scilicet per omnes mundi plagas deberet esse propagata: quod ipsa non vni populo peculiari est tradita sicut lex Moisi, sed omnibus populis totius mundi, omni regioni, lingue, et nationi et omnes homines sine discrimine ad illam tenendam obligantur. De hoc autem nomine et hac fidei nostre nuncupatione facta est adnotatio in secundo libro *Elucidatorii ecclesiastici* in expositione symboli Athanasii,<sup>52</sup> et in tertio eiusdem operis libro, in expositione illius particule canonis et omnibus orthodoxis, et catholice atque apostolice fidei cultoribus. Ex vtroque siquidem loco id ipsum, quod hic queritur constabit.

¶ Nonagesima octaua. Quando episcopus sacerdoti simplici facit confessionem, debetne dicere 'confiteor tibi patri' an 'fratri'? ¶ Responsio. Debet episcopus dicere 'Confiteor tibi patri', nam sacerdos simplex audiens confessionem episcopi est pater eius spiritualis, et iudex atque arbiter inter ipsum et deum in illo foro penitentiali. Et episcopus confitens est vt filius eius spiritualis, quoniam confitetur peccata sua non vt episcopus, sed vt reus in foro conscientie.

¶ Nonagesima noua. An sacerdos audiens confessionem episcopi sit obligatus petere auctoritatem ab ipso ipsum absoluendi? ¶ Responsio. Nullo modo ad hoc est obligatus. Quoniam non debet petere facultatem id faciendi, cuius in susceptione ordinis sacerdotalis accepit potestatem. Sed quilibet sacerdos in susceptione sacerdotii accepit potestatem absoluendi omnes et singulos, submittentem se sponte suo iudicio atque officio. Et episcopus illum deligens sue confessionis auditorem submittit se illius sacerdotis censure atque potestati iudicarie. Ergo ipse sacerdos habet per se facultatem ipsum absoluendi, neque debet eam petere. Nam in illo penitentiali foro episcopus confitens non est maioris auctoritatis, quam quicumque alius etiam infime sortis. [16v]

¶ Centesima questio. Vtrum finita missa episcopali simplex sacerdos potest statim in eodem altari celebrare absque licentia et benedictione episcopi? ¶ Responsio. Potest vtique, quoniam altare illud est benedictum, antequam in eo celebraret episcopus, et per celebrationem episcopi non perdidit suam benedictionem. Ergo non opus est noua episcopi benedictione, neque super altare, neque super sacerdotem simplicem, vt illico post episcopum celebret in eodem altari. Siquidem super corpus Christi verum equalem habet auctoritatem sue potestatem sacerdos simplex sicut episcopus, neque quantum ad hoc vnus altero est maior.

¶ Centesima prima. Vtrum simplex sacerdos finita missa coram episcopo potest dare benedictionem absque licentia. ¶ Responsio. Potest profecto et haud dubie, quoniam illa benedictio que datur in fine misse est in complimentum et consummationem totius misse. Ergo sacerdos cum suscepit ordinem sacerdotalem, etiam accipit

---

<sup>52</sup> CLICHTOVEUS, 1516, 84v–86v.

potestatem quotienscumque celebrauerit faciendi illam benedictionem, vt dei minister, super astantes. Non igitur presente episcopo debet petere licentiam siue facultatem faciendi illam benedictionem, cum non sit episcopalis.

¶ Centesima secunda. Vtrum simplex sacerdos potest accedere ad altare et celebrare coram episcopo, absque prius petita licentia et benedictione ab episcopo? ¶ Responsio. Potest reuera. Nam cum fuit ordinatus sacerdos, accepit ab ecclesia auctoritatem et potestatem consecrandi verum Christi corpus, et exequendi vsum consecrationis cum sibi placitum fuerit. Ergo ob episcopi presentiam non obligatur ad petendam licentiam aut benedictionem episcopi ad celebrandum. Quandoquidem in executione celebrationis misse sacerdos tantam habet facultatem et virtutem quantam episcopus, et in hoc sunt pares.

Hae sunt Reuerende in Christo pater et sacratissime antistes que michi de propositis questionibus dicenda videntur. In quibus siquid minus exacte aut sufficienter discussum est aut dissolutum, det facilem veniam erratis tua singularis humanitas, et ignoscat benigniter mee ignorantie atque inscitie, quam hic malui patefacere quam tuis votis non parere.

Tuus Clientulus Iudocus Clichtoueus Neoportuensis.

## Rövidítések, forrás- és irodalomjegyzék

- AUGUSTINUS  
1896  
AUGUSTINUS, Aurelius: *Confessionum libri XIII*. Ed. Pius KNÖLL. Bécs, Tempsky, 1896. (Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum 33).
- BEDA  
1969  
BEDA Venerabilis: *Opera, Pars 2*. Ed. D. HURST. Turnhout, Brepols, 1969. (Corpus Christianorum, Series Latina 119A).
- BEDOUELLE  
2008  
BEDOUELLE, Guy: *Attacks on the Biblical Humanism of Jacques Lefèvre d'Étaples*. In: *Biblical Humanism and Scholasticism in the Age of Erasmus*. Ed. Erika RUMMEL. Leiden–Boston, Brill, 2008, 117–141.
- BIANCHI  
2000  
BIANCHI, Luca: *From Jacques Lefèvre to Giulio Landi: The uses of the dialogue in Renaissance Aristotelianism*. In: *Humanism and early modern philosophy*. Ed. Jill KRAYE. London–New York, Routledge, 2000, 41–58.
- BORSA  
1972  
BORSA Iván: *Magyar Országos Levéltár: A Mohács előtti gyűjtemény*. Bp., kézirat gyanánt, 1972.
- Breviarium Strigoniense*  
*Breviarium Strigoniense*. Velence, Lucantano Giunta, Schaller költségén, 1514. (ELTE Egyetemi Könyvtár, RMK III. 64)
- CALEPINUS  
1502  
CALEPINUS, Ambrosius: *Calepinus*. Reggio di Emilia, Dionysius Berthochius, 1502.
- CLICHTOVEUS  
1513a  
CLICHTOVEUS, Iodocus: *De mystica numerorum significatione opusculum*. Paris, Henricus Stephanus, 1513.
- CLICHTOVEUS  
1513b  
CLICHTOVEUS, Iodocus: *De puritate conceptionis beatae Mariae virginis libri duo. De dolore eiusdem sacrae virginis in passione filii sui liber unus*. Paris, Henricus Stephanus, 1513.
- CLICHTOVEUS  
1516  
CLICHTOVEUS, Iodocus: *Elucidatorium ecclesiasticum*. Paris, Henricus Stephanus, 1516.

- C. TÓTH  
1510  
*Politikatörténeti források Bátori István első helytartóságához (1522–1523)*. Szerk. C. TÓTH Norbert. Bp., MOL, 2010.
- DAMASCENUS  
1512  
DAMASCENUS, Johannes: *Theologia Damasceni, quatuor libris explicata et adiecto ad litteram commentario elucidata*. Ed. Iodocus CLICHTOVEUS. Paris, Henricus Stephanus, 1512.
- DIONYSIUS  
1502  
DIONYSIUS Areopagita: *Theologia vivificans, Cibus solidus. Celestis hierarchia...* Strassburg, Husner, 1502. (ELTE Egyetemi Könyvtár, Ant. 0163.)
- DIONYSIUS  
1515  
DIONYSIUS Areopagita: *Coelestis hierarchia, Ecclesiastica hierarchia, Divina nomina, Mystica theologia, Undecim epistolae. Ignatii undecim epistolae. Polycarpi epistola una. Dionysii divini hymni*. Paris, Henricus Stephanus, 1515.
- ECKHARDT  
1929  
ECKHARDT Sándor: *Magyar humanisták Párizsban*. Bp., Minerva-könyvtár, 1929.
- FICINO  
2006  
FICINO, Marsilio: *Platonic Theology*. Ed. James HANKINS, transl. Michael J. B. ALLEN, Vol. 6. Cambridge, MA., Harvard UP, 2006.
- FORESTI  
1492  
FORESTI, Jacobus Philippus: *Supplementum Chronicarum*. Velence, Bernardinus Rizus, 1492.
- GÁBRIEL  
1936  
GÁBRIEL Asztrik: *Gosztonyi püspök és párizsi mestere*. In: *Egyetemes Philologiai Közlöny*, 60(1936), 15–29.
- GÁBRIEL  
1942  
GÁBRIEL Asztrik: *Várdai Balázs a humanista Párizsban*. In: *Egyetemes Philologiai Közlöny*, 66(1942), 26–48.
- GÁBRIEL  
1986  
GÁBRIEL Astrik: *The University of Paris and Its Hungarian Students and Masters*. Frankfurt am Main-Notre Dame, Knecht-University of Notre Dame Press, 1986.
- GÁBRIEL  
1987  
GÁBRIEL Astrik: *University career of Matthaeus de Loreyo: academic liaison between Jodocus Clichtoveus and humanist bishop János Gosztonyi*. In: *Hungarian Studies*, 3(1987), 41–45.

- GIAMBLICO  
2013  
GIAMBLICO: *I misteri egiziani*. Ed. Angelo Raffaele SOLDANO, Milano, Bompiani, 2013.
- GREGORIUS  
1999  
GREGORIUS Magnus: *Homiliae in evangelia*. Ed. R. ÉTAIX. Turnhout, Brepols, 1999 (Corpus Christianorum, Series Latina 141).
- GREENGRASS  
2007  
GREENGRASS, Mark: *Les innovations au sein de l'église établie et leurs limites. Le cas français (1512-1562)*. In: *La réforme en France et en Italie. Contacts, comparaisons, et contrastes*. Éd. Philip BENEDICT, Silvana SEIDEL MENCHI, Alain TALLON. Roma, École Française de Rome, 2007, 127–143.
- HOLL  
1989  
HOLL Béla: *Jodocus Clichtoveus Elucidatoriuma és a magyarországi himnusz-költészet európai recepciója*. In: *Tanulmányok a magyarországi középkori könyvkultúráról*. Szerk. SZELESTEI N. László. Bp., OSZK, 1989, 169–176.
- IAMBlichUS  
1497  
IAMBlichUS: *De mysteriis Aegyptiorum*. PROCLUS: *In Platonicum Alcibiadem...* Ed. Marsilio FICINO. Velence, Aldus Manutius, 1497.
- KISS  
2012  
KISS Farkas Gábor: "O Pragensis achademia!" Ms. Prague, Metropolitan Chapter 832 and its relevance to the efforts of church unification between Hungary, Paris and Prague in 1518. In: *Archa Verbi. Yearbook for the Study of Medieval Theology*, 9(2012), 122–147.
- LEFÈVRE D'ÉTAPlES  
1493  
LEFÈVRE D'ÉTAPlES, Jacques: *Introductio in Metaphysicorum Aristotelis...* Paris, [Johannes Higman], 1493.
- LEFÈVRE D'ÉTAPlES  
1513  
*Quincuplex Psalterium, Gallicum, Rbomanum, Hebraicum, Vetus, Conciliatum*. Ed. Jacques LEFÈVRE D'ÉTAPlES. Paris, Henricus Stephanus, 1513.
- LEFÈVRE D'ÉTAPlES–CLICHTOVEUS  
1517  
LEFÈVRE D'ÉTAPlES, Jacques–CLICHTOVEUS, Iodocus: *Introductorium astronomicum theorias corporum coelestium duobus libris complectens*. Paris, Henricus Stephanus, 1517.



- MASSAUT  
1968
- MASSAUT, Jean-Pierre: *Josse Clichtove, l'humanisme et la réforme du clergé*. 2 vols. Paris, Belles Lettres, 1968.
- MASSAUT  
1974
- MASSAUT, Jean-Pierre. *Critique et tradition à la veille de la Réforme en France*. Paris, J. Vrin, 1974.
- MOLNÁR  
2015
- MOLNÁR Dávid: *Báthory Miklós váci püspök filozófiai műveltségének lehetséges nyomai egy Ficino fordításában megjelent 1497-es Iamblikhosz-kiadásban*. In: *Stephanus noster: Tanulmányok Bartók István 60. születésnapjára*. Szerk. JANKOVICS József és mások. Bp., rec.iti, 2015, 45–46.
- PS. IGNATIUS  
1913
- PS. IGNATIUS, *Epistula 5*. In: *Patres apostolici*. 2. köt. Ed. Franciscus Xaverius FUNK. Tübingen, Laupp, 1913.
- RENAUDET  
1953
- RENAUDET, Augustin: *Préréforme et humanisme à Paris pendant les premières guerres d'Italie (1494–1517)*. Paris, Librairie d'Argences, 1953.
- RICE  
1972
- The prefatory epistles of Jacques Lefèvre d'Étaples and related texts*. Ed. Eugene F. RICE Jr. New York, Columbia University Press, 1972.
- RICHARDUS  
DE SANCTO VICTORE  
1510
- RICHARDUS DE SANCTO VICTORE: *De superdivina trinitate theologicum opus hexade librorum distinctum*. Ed. Jacques LEFÈVRE D'ÉTAPLES. Paris, Henricus Stephanus, 1510.
- SÖRÖS  
1909
- SÖRÖS Pongrác: *Adatok felsőszelestei Gosztonyi János életéhez*. In: *Religio*, 1909, 595–600, 612–614, 629–633, 644–646, 660–661.
- TRITHEMIUS  
1494
- TRITHEMIUS, Johannes: *De scriptoribus ecclesiasticis*. Basel, Amerbach, 1494. (GW M47578)
- TRITHEMIUS  
1495
- TRITHEMIUS, Johannes: *De proprietate monachorum tractatus perquam utilis*. Mainz, P. Freidbergensis, 1495.